cta eoꝝ teſtimonia ꝓhibuiſſe. ¶ Ad hoc reſpõdeo legat ipſe oĩa
eoꝝ ſcripta et preſertim beatũ ambroſiũ in li. de virginita· bea
te virginis. Immo cũ recolẽde memorie papa Sixtus quar
tus· id in offitio nouo de conceptione virginis immaculate ex-
preſſerit· et ideo eidẽ credẽdũ eſt iuxta ea que le. et no· in c· Cũ
a nobis de teſti· et in cle. litteris de ꝓbatio. Nec foret licitũ pa-
pã redarguere de mendatio· ſm io. an· vt ipſe notat in ca· Si

motu ꝓprio de ꝓben· in vi· Et ſi aduerſarius diceret· plures alij ſancti patres· et etiā nōnulli ex p̄dictis aliter dixerūt Ad hoc reſpōdeo ꝙ ſi quis dicta eoꝝ ſane rimetur ⁊ intelligat tūc· nō de ea ↄceptione· de qua hic loquor· Sȝ de alia loqui videnť Duplex em̄ fuit ↄceptus virginis glo̾ſe· vnꝰ qui fuit ſem̄is ſuſceptio Et ille nō fuit ſanctus· ſed cū libidine ⁊ ↄcupiſcētia Nā caro eius· ꝑ ↄcubitū ſuoꝝ parentū· ⁊ ex ſemine hūano fuit concepta Et forte pie ac catholice opinandū eſt ꝓut et ego etiā opinor ꝙ actus copule cōiugalis ſuoꝝ parentū ex quo actu beata dei genitrix quo ad carnē ↄcepta extitit· ad inſpirationē ſpiritus ſancti perpetratus ⁊ ſpeciali p̄cepto ↄpletus abſq̇ om̄i peccato fuerit Alius fuit ↄceptus qui fuit eius anime infuſio Et ille fuit a peccato originali p̄ſeruatus· ne d̾ facto ↄtraheret· qđ alias de iure cōtraxiſſet Et poſito citra tamē veritatis p̄iuditiū ꝙ aliqui ſancti doctores· aliter dicerent· attamen cū quo ad id· dictū eoꝝ nō ſit· per ſanctā matrem eccleſiā approbatū· eorundeȝ opinio nō eſt de neceſſitate ſequēda Ex quo alij· cū eis in ea opiniōe diſcordāt· iuxta ea q̄ no· ꝑ doc· poſt inno· in c· ne· Jnnitaris de ↄſtitu· ⁊ ꝑ pau· de eleaza· in cle· j· de ſum· tri· Ceterum Si forte aduerſarius diceret ꝙ priuilegiū debeat per ſcripturā ꝓbari c· porro· et c· Cū olim de priuile· ⁊ notať ꝑ glo· nōbileȝ in c· j· de cenſi· li· vi· Ubi glo· ponēs caſus in quibꝰ requiritur ſcriptura· dicit priuilegiū eſſe vnū de p̄dictis caſibꝰ· Ad hoc reſpondeo ꝙ dicta iura loquātur in priuilegijs datis ꝑ papam· Et dato ꝙ ea iura deberent etiā extēdi ad priuilegiū ſeu gratiā a dn̄o deo cōceſſā Et tūc dico· ꝙ licet priuilegiū ſeu gratia principalis debeat probari per ſcripturā ſeu litteras· Attamē eiuſdem priuilegij ſeu gratie· modus ⁊ circūſtantie bn̄ poſſūt ꝑ teſtes ꝓbari· prout decidūt dn̄i de ro· deciſio· cccxxxv· in no· Un̄ ad ꝓpoſitū p̄uilegiū ſeu gr̄a pricipalis· vicȝ ꝙ btā ⁊ imaculata virgo ſit mater dei· ⁊ ꝙ ſit a ꝓphetis p̄nunciata· a patriarchis figuris ⁊ enigmatibꝰ p̄ſignata· ab euangeliſtis exhibita ⁊ mon



BIBLIOTEKA TNP im. Zielińskich

ſtrata et ab angelo venerabilit atq offitioſiſſime hijs verbis ſa
cratiſſimis videlicet. Aue gratia plena dñs tecum ſalutata. ap
tiſſime probatur ex ſanctis vtriuſq teſtamenti paginis. Mo-
dus vero et circūſtantie dicte gratie ſeu priuilegij. puta an ipſa
in vtero matris ſit ſanctificata et an corpore et anima ſit aſſūp
pta Et an a peccato originali fuerit preſeruata et his ſimiles.
bene poterunt probari per teſtes. vt ſupra probatum eſt. Pre-
terea ex eo q ipſa eſt mater dei Eccleſia omnem infert ſanctita
tem. omnē honorem omnez ꝑrogatiuā ſibi fuiſſe a deo collataz
que pure poteſt ⁊ debet tribui creature. dei omnipotentis tamē
creatoris eius. honore ſemper ſaluo Ea de re beatus auguſti.
in ſuo opuſculo de aſſūptione eiuſdē dat iſtā regl'az de inq̄ren-
dis circa materiā. vt videat' quid ꝯgruit ratōi ⁊ ipi⁹ dignitati.

Rurſus ſi mee diſputationis aduerſarius his nō contēt⁹ Sz
omino ſcripturā autenticā de eo habere velit Et tūc ad eā oſtē
dendam premitto. q illa ſcriptura dicatur autētica. cui a maio
ribus noſtris cōmuniter fides adhibita eſt. iuxta theoricaz tra
ditā per bar. in l. j. ff. Si cer. peta. et d. nico. in c. Cū cauſaz de
probatio. Sed certo certius eſt. q maiores et anteceſſores no
ſtri ꝯmuniter ſcripturis prefatorum ſanctorum et aliorum ve-
nerabilium doctorum. que aſſerūt beatā et glorioſam dei geni-
tricem a peccato originali preſeruatam. quod alias de iure con
traxiſſet. niſi ex gratia et miſericordia dei ſingulariter preſua-
ta fuiſſet. fidē dederint ⁊ adhibuerint Immo docēte experiētia
videm⁹ eas ſcripturas ab oīb⁹ ꝑticl'arib⁹ tā ſecularib⁹ q̄ re-
gularib⁹ oīm ordinū eccleſijs. paucissimis demptis acceptari.

Expoſt dū ꝑ dictū emulū ſubiūgitur. q ille auctoritates vicz
Tota pulchra es amica mea Ꝭ tē ſicut liliū inter ſpinas ⁊c. lo-
quant' de tpe actie ꝯceptiōis. ꝓut dicit patere ex originalib⁹ ⁊c.
Ad hoc dico q ſi originalia bñ inſpitiant' tūc ex eiſdez ꝯiūctis
dict ſanctoꝝ ac alioꝝ venerabiliū doctoꝝ ſupdictoꝝ clariſſime

cõſtat eas auctoritates nonſolũ de tpe actiue ↄceptiõis verũe tiã de tpe paſſiue ↄceptionis·puta de eo inſtanti q̃ vicȝ aĩa eius corpori infuſa fuit·loqui et intelligi debere.

Dicit inſup idem emul⁹ hoc eſſe falſũ·ꝙ peccatũ originale ſit maxima macula.et maxima pena ꝛc· Ad hoc rñdeo·Q̄ ſi ipſe emul⁹·dictã diſputationẽ meã recte inſpexiſſet nõ fuiſſet ꝑ eũ in eadem repertũ me dixiſſe·peccatũ originale eſſe maximã maculã et maximã penã Sȝ dixi ꝑ peccatũ originale cõtrahi maximã maculã ⁊ maximã penã ſeu obligationẽ ad penã eternã·vñ iſta duo longe ſũt diuerſa vicȝ eſſe tale et cõtrahi per tale vt ptȝ vnicuiqꝫ rationẽ habenti Et neſcitur quo ſpũ ductus Licet ex ſuis verbis iniurioſis et infectiuis ꝓſumatur ꝙ ſpiritu ſuperbie aut inuidie ſeu rancoris ille emulus ꝓlibatã meã diſputationẽ licȝ breuiſſimã.bene videre ⁊ rimari nõ potuit Et ꝙ per peccatũ originale maxima contrahatur macula ſiue maxĩa pena ſeu obligatio ad penã eternam ſic oſtendo Illa eſt macu cula maxima ꝓ qua maxima imponitur pena·cũ ex quãtitate pene eliciatur quantitas delicti·vt eſt tex.in c·Nõ afferam⁹ xxiiij·q·j·et in c·Quia tua l.diſ·et ſa·l·Reſpiciendũ in principio ff·de penis Vñ cũ ꝓ illa macula originalis peccati imponatur pena ignis eterni.vt eſt tex.in c.Firmiſſime ꝑe fi·de cõſe·diſ.iiij. Siĺiter ꝓ illa imponitur pena carẽtie viſiõis dei cũ pena originalis pcti ſit carẽtia viſiõis dei·vt eſt tex in c·Maiores §·vex de baptiſ·Sȝ cõſtat penã ignis eterni aut perpetuo in tenebris remanere·et viſione dei carere·maximã fore penaȝ cũ maxima pena ſit ab eccleſia dei et fideliũ communione excludi Et ideo excommunicatio·maxima dicitur pena·vt eſt tex·cũ glo.in c·Corripiantur xxiiij·q·iij·Igitur ea macula originalis peccati relinquitur maxĩa·cũ ꝓ ea maxima imponat̃ pena Nec obſtat c·Regenerante de conſe·diſ·iiij·Vbi dicitur ꝙ ꝑuuli ſine baptiſmate decedentes·mitiſſimam ſuſtineant penam Nam hoc verum reſpectu aliaȝ penarũ infernaliuȝ·vt notat̃.

per glo·in dic·c·Regenerãte. ⁊ in dic·c·Maiores·vñ nõ ẽ icõ ueniẽs·vnũ ⁊ idẽ dici maximũ ⁊ minimũ· diuerſis reſpectib⁹.

Et negatur om̄ino·ꝙ rationes adducte ꝑ beatũ auguſt. ꝓ aſ ſũptione virginis gl'oſe repugnarẽt vniuerſali redẽptioni ſi idu cerentur ꝓ immaculata ꝯceptione·ꝓut ptꝫ ex ſuꝑdictis ⁊ ĩ·pa tebit·Et licꝫ v̄go immaculata·alias maiores et excellentiores ſortiatur ꝑrogatiuas·ꝙ̃ beati iohannes et hieremias·attamen ſi beata virgo fuiſſet in peccato original cõcepta·tũc reſpectu il lius·ipſa nõ fuiſſet ꝑ ſuũ filiũ benedictũ·dñm deũ noſtꝝ·ꝑ pre dictis ſanctis honorata ⁊ priuilegiata·vñ pie catholice ac ratio nabiliter credendũ eſt·eã ꝑſeruatã ⁊ illius reſpectu·etiã ꝑ alijs om̄ib⁹ ſanctis·ex ſingl'ari ꝑrogatia. honoratã ac ꝑuilegiatam·

Et cũ idem emulus rationes meas·quib⁹ ꝑlibatã piam ſanctã ac deuotã opinionẽ tenere moueor·impũgnare conet'·dicẽs·ꝙ prima ratio mea nõ valeat·qꝛ ſtat ſanctũ ſanctoꝝ habere mr̄eꝫ om̄ino immaculatã·et tñ nõ eſſe ꝑſeruatã ab originali ꝛc·Et li cet iſtud ſtare poſſet Attamẽ mai⁹ purius et ſplendidi⁹ ẽ quid om̄ino nõ maculari ꝙ̃ maculari et ſtatim poſt mũdari·Cuꝫ de primo dici poſſet·id om̄ino et nullo vnꝙ̃ tempore macula tũ. ſed nõ de ſecũdo·Ob id mea prima ratio·ex optima ꝓcedit equitate·ꝓ qua ratione optime facit dictũ ſancti auguſtini·in ſuo opuſculo de aſſũptione vbi ſic dicit·ꝙ ab obprobrio hũane cõditionis a quo ieſus excipit' rationabile eſſe. vt maria excipi atur. Et poſito. citra tñ veritatis ꝑiuditiũ illud eſſe ꝯtra ſãctos doctores·quod tñ non videtur ſi eoꝝ dicta ſane et recte intelli gantur·attamẽ exquo dicta eoꝝ ſanctoꝝ doctoꝝ. in ea pte ex preſſe ꝑ vniuerſalẽ aut ſanctã romanã eccleſiã nõ ſũt approba ta·⁊ alij ſancti et catholici doctores·in eo puncto cũ eis diſcor dant Et ideo eoꝝ dictis nõ obſtantib⁹·quis aliã ptem tenẽ po terit· ꝓut ſuꝑ etiã tactũ eſt Nec hoc obſtat Sanctitati ſeu canoniſationi ſanctoꝝ doctoꝝ·qꝛ nõ obſtante gl'oſo martirio

Cipriani ipſe errauit in fide· ꝓut patet iiij·ſen.di·vi· Licȝ em̄ idem ſanctus ciprian⁹ inter doctores approbatos numeret̄· vt in c· Sancta romana xv·diſ·et tamē eius doctrina in aliquib⁹ fuit erronea· Jmmo de baptiſmo ꝑuulorꝝ eū repħendit btūs auguſtin⁹ ꝓut traditur de conſe·diſ·iiij.in c· Quomodo Et merito erat reprehendend⁹ licet eſſet ſanct⁹ martir ⁊ inſignis· vt xxxij.diſ·§.porro Reprehenſibilis aūt erat ꝑ eo ꝙ baptiſmū hereticorꝝ lauacrum diaboli appellabat·vn̄ ſanctus augu· de ſcripturis beati cipriani ſic dicit. Quod in eis diuinarꝝ ſcripturarū auctoritati congruit cum laude eius accipio· quod aūt nō congruit cū pace eius reſpuo· viri huius laudē aſſequi non valeo·eius multis litteris mea ſcripta nō comparo·ei⁹ ingenium diligo·eius laude delector·ei⁹ caritatem miror.eius martiriū veneror Hoc quod aliter ſapit·nō accipio·quia eccleſia nō accipit ꝓ qua ſanguinē fudit· Hec beatus auguſti. Ex quo cōcluditur· ꝙ ſanctitas vite nō inferat in om̄ib⁹ dictis ſanctitatē doctrine Nego inſuꝑ id rationi et equitati repugnare·⁊ qd̄ ꝑ hoc priuilegiū· ſoli redēptori dn̄o noſtro filio dei cōpetēs ſibi auferatur Quia licȝ virgo inuiolata ſit a peccato originali ꝑſeruata·hoc tamē excellentie deitatis in nullo derogat· Cū ipſe adhuc multo et longe·ac incōparabiliter atȝ ineffabiliter ſanctior ſit ꝙ̄ btā virgo· Jpſe em̄ de facto et d̄ iure·ac ꝓpria natura et virtute·et de om̄i iuſtitia ſanctus eſt Sed beata virgo de facto tantū·nō de iure Jtē nō de natura·ſed de gratia.nec de vlla iuſtitia·ſed de ſūma miſericordia Et ob dei om̄ipotentis·q̄ ex ea naſci voluit· ꝓpriū honorē fuit ꝑſuata Sic̄ in dn̄o imperatore ſeu alio rege ſuperiorē non recognoſcēte·qui exempt⁹ eſt a lege cōmuni·de iure· Sȝ auguſta ſiue regina eſt exempta de facto ⁊ ꝑ ſpetiale priuilegiū iuxta ea·que le·et no·in le·princeps ff·de legi·et in l· Bene a zenone·in fi·C·de quadrien·pſcriptio Preterea filius dei·deus et dominus noſter nihilominꝰ remanet vniuerſalis redēptor· Nec hoc ſibi derogat·ſȝ ma·

gis attollit· Cum eadem preſeruatio fuerit modus perfectiſſi-
mus redimendi· Nec per hoc tollitur·quin mediatore indigue
rit beata virgo · Sūme em̄ indiguit vt ſaluaret Sicut fur in-
terceſſione indiget apud iudicē ne ſuſpendatur· Et om̄es indi-
gemus chriſto mediatore· Ne incidamꝰ in baratrū dampnati-
onis eterne Unde ſi hoc nō de roget filio dei dn̄o noſtro inquā
tū ſanctus ſanctoꝝ· Nec inquātū mediator dei et hominū Ex
his relinquitur filiū dei dn̄m noſtrū ſue matris bn̄dicte. et no-
ſtrū oim redēptorē ac reconcilatorē et mediatorem fuiſſe ⁊ eſ-
ſe Et eā et nos oēs ꝑ ſui gl'oſā mortē a morte eterna redemiſſe
atz reconciliaſſe Nego inſuper· ꝙ ꝑ hoc ꝙ beata v̄go fue
rit a peccato originali preſeruata ipſa equipararetur filio dei i pu
ritate Nam vt ſupra oſtenſū eſt·filius dei deus et dn̄s noſter·
eſt purus in primo gradu puritatis.et habet eandē puritatem
ex ꝓpria natura et virtute Sz beata virgo eſt pura in ſecūdo
gradu puritatis·et habz eandē ex gratia et ſūma dei miſericor
dia Et ideo ob hoc nullū aufertur deo glorioſo priuilegiū· Si
mile nā ſcriptū legitur ꝙ catholici dei voluntatē operantes fi-
lij dei vocantur· vt patet io. j· Abſit aūt vt propterea filio dei
dn̄o et deo noſtro aliqua iniuria irrogaretur Nā tales vocātur
filij dei ꝑ gratiā et adoptionē· dn̄s vero noſter ieſus·eſt filiꝰ dei
ꝑ naturā ⁊ eſſentiā Itē ſacerdotes ob ſui ordinis excellen
tiam et offitij·dignitatez dij·appellantur· vt in c· Cū ex iniūcto
de hereti· Abſit iteꝝ.vt ꝑ hoc deo glorioſo aliqua iniuria irro
getur· Sic in ꝓpoſito licet virgo glorioſa ſit om̄ino pura et im
maculata·ac ab om̄i labe pcti etiā origialis p̄ſeruata Id tamē
filio dei nō p̄iudicat Cū filiꝰ dei deꝰ et dn̄s noſter ſit inꝑarabi
liter purior et om̄ino imaculatꝰ·ex ꝓpria natura ⁊ virtute Sz
beata virgo per gratiā et ſūmaz dei miſericordiā pura eſt·et a-
peccato originali preſeruata·

Ad id quod idem emulꝰ ſubijcit hoc eſſe falſū· vicz ꝙ plures
eccleſie recipiāt partē negatiuā·ſcz ꝙ beata virgo nō ſit concep

tà i pctō origiali tāꝙ ſcripturā ſacrā et canonicā reddēs ratiōꝫ
talē·qꝛ cū circa ſcripturas ſanctas et canonicas nulli liceat du
bitare ꝛc·de hac aūt materia dubitetur· Reſpondeo hoc eſſe
veriſſimū·vicꝫ ꝙ in tota vniuerſali eccleſia plures eccleſie nu-
mero hāc ſanctā ſcripturā aſſerentē·beatā et glorioſā dei geni-
tricem a peccato originali ꝓſeruatā·vtꝫ per experientiā q̄ oīm
reꝝ dinoſcitur magiſtra·c·ꝙ ſit de elec·li·vi·Nā omēs eccleſie
tam ſeclares ꝙ regulares paucīſſimis·vt ſuꝑ exceptis·eā ſctāꝫ
ſcripturā docente experientia recipiūt·Et licet circa ſcripturas
ſanctas et canonicas ab eccleſia approbatas in ea ꝑte in qua ex
preſſe approbate ſūt·nō liceat dubitare·et ita intelligantur iura
de hoc loq̄ntia·tn̄ in ea parte in qua expreſſe nō ſūt approbate·
bene licet dubitare et opinari·ꝓut in puncto preſenti Unde li-
cet opuſcula ſancti cipriani ſint per ſanctā romanā eccleſiā ap-
probata·vt in dic·c·Sancta romana eccleſia xv·diſ·tamē eiꝰ
dicta i aliq̄bꝰ fuerūt erronea·vt ſuꝑ ptꝫ Et ideo nō ſequit̄ opu
ſcula iſtius ſācti ſūt approbata·ergo in nullo dicto ſūt erronea
Idē dicendū de dictis beati thome de aquino·cuiꝰ libri licet
cōmuniter recipiant̄·et tamē plura eius dicta ꝑticularia per do
ctores ſacre theologie reprobant̄·Et idē de pluribꝰ aliis prout
pleniꝰ nouerūt dñi theologi Sed qđ dicta ratio mea ſit per ex
preſſū fundata·in dic·c·In canonibꝰ ſic ad oculū oſtendo·nā
ꝑal·c·Non poteſt loqui neqꝫ intelligi·in eo pūcto·qui expreſſe
foret per eccleſiā approbatꝰ·qꝛ tūc ſtandū eſſet approbatiōi et
determinatiōi eccleſie Relinquit̄ ergo ꝙ neceſſario loquat̄·⁊ in
telligi debeat·de eo puncto·qui expreſſe nō eſt per eccleſiā appro
batus Nā tūc ſi ſcripture canonice puta ſanctoꝝ·aut alioꝝ ve
nerabiliū patrū ⁊ doctoꝝ catholicorum ſint diuerſe·tūc illa ſcri
ptura eſt ſequenda·quā plures eccleſie numero accipiūt Et ita
in ꝓpoſito cū illā ſcripturā ſanctoꝝ et venerabiliū patꝝ et do-
ctorum catholicoꝝ·que aſſerit beatā et glōſā dei genitricē a pec
cato originali ꝓſeruatā·plures eccleſie particulares·tā ſecula-
res ꝙ regulares numero vti docet experientia recipiunt igit̄ ꝛc·

Et reuera hec ratio que ex tex· apertiſſimo dic· c· in canonicis extitit peroptime fundata· nequaꝗ̄ violari aut cauillari poterit vt patet vnicuiqꝫ tex· prealle· c· ſane rimanti Et ꝙ plures ecclesie numero· teneant ac ſolenniter celebrant feſtū̄ conceptōis Ob id etiam ꝙ deus gloſus ſuā̄ glorioſaꝫ genitricem· ab omni labe et macula peccati originalis· ex ſingulari gratia et ſumma miſericordia p̄ſeruauerit· ſimiliter patet per experientiā̄· cū̄ in oīb⁹ eccl̄ijs ſecularib⁹ ⁊ regularib⁹· paucis exceptis in quib⁹ eo die fit ſermo ad populū̄· hoc ita publice predicatur et annū̄ciatur. Et cum experientia· mediante qua· hoc probatur ſit rerum magiſtra. Et ideo alia probatio non eſt neceſſaria.

Ceterū̄ poſito ſed minime cōceſſo. ꝙ in ea opinione vicꝫ. ꝙ beata dei genitrix non ſit a peccato originali p̄ſeruata. foret concors ſanctorum doctorum ſentencia. et tamen cuꝫ ea opinio nō̄ ſit expreſſe per eccleſiam approbata. Nec ſancta romana eccl̄ia eā̄ docet ſequi· vtꝫ ex bulla pape Sixti· Et ideo ab ea opinione recedere nō̄ foret temerariū̄. ꝑut etiā̄ patet ex ſupradictis et ex p̄fata bulla Quinimo· Si in ea opinione eſſet cōcors et apta oīm ſanctoꝝ doctoꝝ ſentētia· tūc papa cuius eſt oīm hominū̄ ſaluti ꝓuidere· male faceret permittens vnū̄quēqꝫ· quā̄ ptē̄ velit tenere poſſe· ꝑut tamē̄ dn̄s papa facit· vti claret ex p̄dicta bulla Sꝫ hoc dicere de papa et ſancta romana eccleſia foret iniquū̄ Nā̄ in eo diſſimulare abſqꝫ ſui ꝑiculo nō̄ poſſet· hoc autē̄ veriſſimū̄ eſt· ꝙ in eo ſit oīm ſancte eccl̄ie doctoꝝ cōcors ⁊ apta ſentētia. ꝙ filius dei deus et dn̄s noſter· chriſtus ſit ſolus immunis a peccato originali de iure et de facto· et ex ſui natura et ꝓpria virtute Sed beata virgo fuit ab eodem peccato immunis de facto tantum. et ex gratia et ſumma dei miſericordia Vn̄ hec non eſt ꝯmunis oīm doctoꝝ ſententia videlicꝫ· ꝙ btā̄ et glorioſa dei genitrix non ſit a peccato originali preſeruata· vt patet ex ſupradictis Et cum idem emulus tertio dicat · ꝙ ſi dic· canon adeo crude eſſꝫ intelligēd⁹· tūc duceret in errorem qꝛ ſi plures eccleſie reciperent aliquā̄ peruerſam expoſitionem

ſacre ſcripture·que eſſet heretica: tūc ſequeretur ꝙ quilibet debe
ret illā ſequi ꝛc· Ad hoc reſpondeo. ⁊ nō ſuffitio mirari·de
tā temeraria·illatiōe·que tñ ex dic·c· Si verba eiꝰ recte et ſane
ponderent̄ nullo pacto inferri poteſt. qꝛ p̄al·c· Loquit̄ de ſcrip
turis canonicis·⁊ per eccleſiā expꝛeſſe nō repꝛobatis. vnde ex ſe
parat̄ nō fit illatio·vt ſup̄ deductū ē Et ob id eius p̄tenſū exē:
plū de toto regno bohemie hic locū ſibi vendicare minime p̄t·
Cū id videlicʒ. ꝙ laicus neceſſario debeat ꝯmunicare ſub vtra
qꝫ ſpecie ſit expꝛeſſe in cōcilio Conſtancienſi repꝛobatū·i quo
concilio autor eiuſdem hereſis fuerat vt hereticus cōdempna
tus et cōbuſtus· Unde hec dictio Canonicis nō patit̄ has p̄
tenſas illationes Cū hee ſcripture que hereſim inducunt·non
ſint canonice neqꝫ eccleſiaſtice Sʒ diabolice et repꝛobate · Uñ
in ꝓpoſito hee ſcripture aſſerentes beatā virginē ab oꝛiginali p̄
ſeruatam·nō ſūt repꝛobate neqꝫ hereſim inducūt vtʒ ex ſupꝛa:
dictis Et ideo ceſſant dicte pꝛetenſe illationes Cū ſint a dictis
meis ſeparate Sʒ ex ſeparatis nō fit illatio igit̄ ꝛc· Et in:
quantum idē emulꝰ hāc meā rationē qua dixi·illa tanto digni
oꝛa eſſe imitatione·quāto excellentioꝛa ſūt pietate impugnare
conat̄· Adducēs nōnulla verba beati auguſti· in decimo de ci
uitate dei·et in pꝛimo de doctrina chriſtiana ꝛc· Ad hoc dico ꝙ
ea verba beati auguſtini ſūt veriſſima Abſit em̄ eundē honoꝛē
exhiberi creatoꝛi et creature Et creaturā ſibi equiparari in pu
ritate·et aliquem hominū excipi ab vniuerſali redemptōe· Nec
ꝑ hoc ꝙ beata ⁊ glo͛ſa dei genitrix ſit a pctō oꝛiginali p̄ſerua:
ta. idē honor deo debitus: ipi v̄gini glo͛ſe p̄betur· Sʒ ob id ſū:
mus et ineffabilis honor·deo glo͛ſo exhibetur·qui ex ſua ſingu
lari gr̄a et ſūma mia virginē benedictaʒ p̄ſeruauit Unde ipſa
virgo benedicta gloꝛificando deū omnipotentem merito dixit·
Magnificat anima mea dñm· Similiter dicere potuit. pꝛout
ſine dubio ſepiſſime oꝛando dixit Nō nobis dñe nō nobis·ſed
nomini tuo da gloꝛiā·nec per hoc ipſa v̄go inuiolata eſt ab vni
uerſali redemptione excepta· Sʒ nihilominꝰ ꝑ moꝛtē glorioſā

filij dei dñi nři redēpta et recōciliata fuit. ꝑut ſup̄ deductū eſt. Sz illud videlicet q̄ ſancti doctores in eo ↄcordēt. q̄ beata et glorioſa dei genitrix nō fuerit a peccato originali p̄ſeruata loquendo de peccato originali de quo in prefata mea breuiſſiā diſputatione loquor: omino nego Cōtrariū em̄ patz ex ſupradictis Nec obſtant hec verba ſanctoꝝ doctoꝝ vicz q̄ null⁹ hominū excepto chriſto ſit immunis a pctō originali. qꝛ hoc verꝫ de iure ⁊ de facto. ac de iuſtitia et ꝓpria v̄tute Sz beata virgo fuit immunis nō de iure ſed de facto. nō de iuſtitia. ſz de gratia et ſūma dei miſericordia Et ſi hec foret oīm ſanctoꝝ doctoꝝ cōcors opinio et aperta ſentētia. vicz q̄ beata virgo nō ſit p̄ſeruata. tūc peſſime faceret dñs papa ſeu ſancta romana eccleſia. ꝑmittens vnūquēq̄ quā partē velit tenere Sz tūc ipē papa eādē ſententiā vſq̄ ad animā et ſanguinē ↄfirmare ⁊ defēdere deberet. vt eſt tex. in c. Sūt quidā xxv. q. j. Et ideo nō ponat ipē emul⁹ os i celū. et ſtudeat ſe ab his v̄bis friuolis abſtinē Preterea ſi hec eſſz oīm ſāctoꝝ doctoꝝ ↄcors et apta ſña. tūc ſedes apoſtolica. ad quā cauſe maiores fidē tangētes ſūt referēde. vt in c. hec eſt fides. xxiiij. q. j. ⁊ in c. Maiores i princi. de baptiſtā diu et ꝑ tot lōgiſſima tpa nō diſſimulaſſz. ſed ſaluti aiaꝝ dudū ꝑ ſuam declarationē ꝓuidiſſet et eam ſentētiā defendiſſz. vt ſupra. Immo in eo puncto ſacroſancta ſedes apoſtolica. Seu dñs papa. nedū diſſimulauit. verūetiam expreſſe offitiū nouū de eadē ſanctiſſiā ↄceptiōe inſtituit. dās etiā ⁊ ↄcedēs. omibus vtriuſq̄ ſex⁹ chriſtifidelib⁹. q̄ offitiū huiuſmodi in die feſtiuitatē ↄceptiōis beate v̄gis. ⁊ ꝑ octauas eiuſdē deuote celebrauerit ⁊ dixerint. aut illis horis canonicis interierint. quotiēs id fecerit vt eandē ꝓrſus indulgentiā ⁊ pctōꝝ remiſſionē. quā ↄſequunť illi qui miſſā et horas canonicas in feſto corporis et ſanguinis dñi noſtri ieſu chriſti celebrant dicūt. aut his interſint cōſequāť vti clariſſime patet ꝑ bullā ſeu extrauagantē. recolende memorie pape Sixti. que incipit Cū p̄celſa meritoꝝ inſignia ⁊c. Et copia eiuſdem habetur circa idez offitiū nouuz. Vñ ſi eēt oīm

ſanctoꝝ doctoꝝ concors ſententia· ꝙ beata virgo non ſit a pec
cato originali preſeruata. tūc dñs papa predictus. dictū offitiū
nouū· in quo tamē aperte legitur beatā virginē ab [omni] [labe
peccati ꝑſeruatam fuiſſe nō inſtituiſſet aut auctoriſaſſet]. neqꝫ
id legenti aut audienti indulgentias conceſſiſſet Sꝫ magis ſan
ctoꝝ doctoꝝ concordē ſententiam defenſaſſet· ꝓut et vſqꝫ ad a=
nimā et ſanguinē facere debuiſſet· vt ſupra Ex his apertiſſime
infertur hanc non eſſe omniū ſanctorum doctorum concordeꝫ
ſententiam· vicꝫ ꝙ beata virgo non ſit a peccato originali pre=
ſeruata prout ex predictis claret· et ad oculum oſtenditur Et
ad auctoritatem beati bonauenture poteſt reſponderi· ꝙ forte
loquatur de conceptione carnis· que fuit per concubitū maris
et femine facta. Et non de conceptione animationis· Vel for-
te idem ſanctus pater fuit in alia opinione· Nec etiam per id·
quod virgo glorioſa fuerit ꝑſeruata· filius dei deus et dñs no-
ſter ſue matri ſuum dedit honorem· prout ſimiliter patet ex ꝓ
dictis Item per hoc. gloria filij dei dñi noſtri· nō diminui
tur. ſed magis extollitur et ampliatur vt ſupra·

Ex his relinquitur. dictas rationes meas optime fundatas ⁊
eaſdem profecto. ex vero ſaltem fundamento minime cauillari
poſſe neqꝫ impugnari·

Vltimo ſepedict⁹ emul⁹ ꝟba mea quib⁹ affirmaui ꝙ volēs te
nere ꝑtē illā· vicꝫ ꝙ ꝟgo glo͛ſa nō ſit ꝑſeruata. debeat hoc face-
re ſeruata diſcretiōe et citra iniuriā· et ꝙ ab his maxie abſtinē
deberet ꝟbi dei ꝑdicator ⁊c· impugnare nititur ponēs quid fa=
cere poſſet predicator ⁊c· Ad hoc reſpōdeo ꝙ ꝑdicator ea
facere poſſet· ſeruatis tñ diſcretiōe et honeſtate et citra omnē
iniuriā Et ita vt ſcripture ꝯcordentur ſcripturis intelligantur
dicta doctoꝝ ꝑ eū deducta. Preterea ꝙ oīa debēt fieri ſerua
ta honeſtate patet j. ad Corinth· xiiij· vbi dicitur oīa aūt ho
neſte fiant· hinc ille glorioſus fratrum minoꝝ princeps ſanct⁹

ſranciſcus monet et exhortatur fratres ſuos vt in predicatione
quã faciunt· ſint examinata et caſta eorꝝ eloquia Et omĩno ab
ſtinenduꝫ eſt ab iniurijs et preſertim a ſacerdotibus Cũ ad ſa
cerdotem ſpectet. nulli nocere· ⁊ omĩbꝰ velle prodeſſe. vt in c· de
niqꝫ xiiij·q·v· et in c·fi· de poſtulan· Et ſũt originaliter verba
ſancti ambroſij in libro offitiorꝝ· Porro· ſi per nõnulla verba
mea dicte diſputationis mee emulũ· contra iuſtitiã offenderim
quod me feciſſe non arbitror· attento ꝙ quis ſe vlciſci poſſet
ꝓuocatus. vt eſt tex·notabilis·in l· Qui cũ maior §·ſi libertꝰ
ff·de bo·liber· Jmmo difficilimũ ẽ·iuſtũ dolorẽ temperare. vt
eſt tex·in l· Si adulterũ cũ inceſtu·§·imperatores.ff·de adul-
te· peto vt amore· ꝑſeruantis et preſeruate ignoſcat.

Et ꝑdicta dixiſſe volui· Salua tamẽ ſemper in omĩbꝰ tam cõ
iũctim ꝙ diuiſim Sancte matris eccleſie·aut ſedis apoſtolice
determinatione· Cui determinationi tanꝙ filius obſequentiſſi
mus ⁊ cũ omĩbus quibꝰ decet obedientia et deuotione. ꝙlibẽs
parebo· Alia tamen pro pleniori intelligentia et ſolutione pre
dictorum dicenda· dñis theologis· hanc piam partem tenenti-
bꝰ relinquo. Quorꝝ correctioni et emendatiõi. hec dicta mea·
ne ſingularis aut capitoſus videar· etiã ſubmitto ad laudeꝫ dei
et ſue matris immaculate Amen.

Volens itaqꝫ ob dei honorẽ et gloriã ac virginis immaculate
eius matris ſingularem reuerentiaꝫ de ꝑfata pia opinione ple-
nius contemplari· ⁊ quaſi omnia que·incontrariũ deduci poſ-
ſent clarius ſoluere videat omnino tractatum de hac materia
venerandi patris domini petri aureoli ſacretheologie doctoris
clariſſimi qui meo iuditio multũ clare ⁊ ſubtiliter ac citra omẽꝫ
iniuriam et ſeruata diſcretione hanc materiã ꝓſequitur.

Telos
·J· ·B·

BIBLIOTEKA ... im. Zielinskich THP
XV, 5